




ROLANDI A VALLE
E Q V I T I S , E T P R I M A R I I
SENATORIS MONTISFERRATI
PATRITII CASALENSIS,

QVAESTIONES CXI. PERVILES,
quotidianæq; super Statuto de lucro Dotis:

AD COMMUNEM OMNIVM
viditatem editæ, & copiosissimo Indice instruenda.



VENETIIS,
APVD Franciscum Bindonum.

1562.

Coff. Soc. Mus. Calm. ex dono Regum.

ILLVS.^{mo} AC EXCELL.^{mo}
PRINCIPI GVIELMO
GONZAGAE,

DVCI MANTVAE, ET
Marchioni Montisferrati,
ROLANDVS A VALLE
Marchionalis eius Senator.



N N V S iam ferè agitur , Dux Illusterrime ,
quod non modico cum labore ac uigilijs Questiones
has de lucro dotis instruxi , quibus dum in uenerando
Casalensi tuo consilio & ipse federem , me ac-
cinxeram . Cuius facti cum (sicut omnium quæ agi-
mus) probabilis aliqua ratiō hominibus à me esset
reddenda , ne sine delectu ac consilio oleum & ope-
ram effudisse viderer . Ita libri portiunculam arctioribus quibusdam
ac eiusdem martis amicis praelegendam exposui , certior ab his futu-
rus , tantum ne commoditatis vel utilitatis in successivis hisce lucu-
brationibus esse indicarent , ut lucem aliquando perferte tuto possent .
qui quidem maxima ac nimia ferè cum efflagitatione publicæ utilita-
ti (ut ipsi asserebant) quamplurimis additis persuasionibus adeò me
commouerunt , ut contra salutare illud carmen , nonum promantur in
annum , opus ipsum nullo pumice (ut dicitur) adhuc expolitum , typis
tradere sim coactus . Quod permagni non facerem , cum amicorum meo-
rum voluntati , cui non obtemperare religio esset , consultum prospic-
ciam , nisi in ea prolapsi essent tempora , quibus permulti ingenio
plusquam intemperanti quorundamq; scripta unico nasci ita renolunt ,
ut nihil tam solidum sit , quod eorum nefarios morosus emitare possit .
Verum , Dux amplissime , cum in omni officio tribuendo inter cetera
duo haec primum sint consideranda , ut ei munera largiamur , cui &
plurimum debere , & illo quam dignissimum esse cognoscimus , tuq;
solus , cuius autoritas tam latè uagatur , ut quibuscumque scriptoribus
facile patrocinari possit , cum de opere (quale id cunq; esse) ut moris
est , dedicando cogitarem , statim occurreris , qui iure proprio tibi id
vendicare;

ROLANDI A' VALLE
IVRISCONS. CASALENSIS
Q V A E S T I O N E S
DE LVCRO DOTIS.

S U M M A R Y M .



- 1 V s vnum ciuile potest tollere aliud.
- 2 Statuta disponentia super successione filiorum uel filiarum ualent.
- 3 Legitima debita matri in bonis filij, cum sit de iure positivo, potest secundum magis receptam sententiam, per statutum talli.
- 4 Solemnitates in testando introductae de iure ciuili possunt per statutum derogari, & abrogari, augeri uel minni.
- 5 Statutum disponens quod testamentum coram tribus vel quattuor testibus fieri possit, secundum communem doctorum sententiam, ualeat.
- 6 Dos soluto matrimonio per mortem uxoris reverti debet ad patrem dotantem uel ad heredes ipsius uxoris.
- 7 Argumentum de pacto ad statutum affirmatiuè ualeat.
- 8 Pacto potest fieri, statutoq; similiter disponi, quod in contradictione quiratur scriptura.
- 9 Pactum initum inter virum & uxorem de dote lucranda si uxor præmoriatur sine liberis, ualeat.
- 10 Pactum & lex statutaria quoad lucra dotalia equiparantur.
- 11 Statutum de dote lucranda per mortem uxoris sine liberis ualeat.
- 12 Quod ampliatur procedere etiam si esset in præiudicium filiorum primi matrimonij.
- 13 Consuetudo de dote lucranda soluto matrimonio sicut ualeat: fortius ualere debet statutum, cum expressum habeat consensum, & consuetudo tacitum.

Quæstio Prima.

- A N Statutum disponens, quod uxore præmoriente sine libertis maritus lucretur dotem, valeat. Et dicas quod sic.
- 1 Nam vnum ius ciuile potest tollere aliud. §. fin. Insti. de iur. natu. gent. & ciui. & per Bald. in. I. lege duodecim tabularum,